



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Georgicoru[m]. P.|| Virgilij Maronis liber cum || nouo
comme[n]tario Hermanni || Torrentini.|| ... ||**

Vergilius Maro, Publius

Colonie, 1503

VD16 V 1532

Argvmentvm Primi Libri

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70203)

LIBER

PRIMVS

Georgia,
Georgos
Georgicus
Georgica



GEORGICA VOCANTVR HILIBRI

quattuor Virgilij, quasi ad agriculturam pertinentes. Nam georgia grece significat agriculturam, & georgos agricolam. Inde fit georgicus a um, id est

ad agricolam vel ad agriculturam pertinens. Item Georgica orum, id est scripta de agricultura. ¶ Agricultura vero olim magno in honore fuit ut autor est Plinius, de qua & multi doctissimi viri scripta reliquerunt. Nam primus de illa scripsit Hesiodus antiquissimus poeta grecus. Et apud Latinos, M. Varro, R. Virgilius, L. Columella, L. Plinius, & alij complures. Sed inter omnes principatum obtinet Virgilius maiestate carminis & elegantia copiarum dicendi. ¶ Vt autem Virgilius in hoc opere stilo temperato vel mediocri pro qualitate materie. Tria namque sunt genera dicendi, scilicet humile, grande, mediocre. Primo genere Virgilius utitur in bucolicis. Altero in eide. Tercio hic in georgicis. Que quidem georgica ornatissime scripsit & pro septem annos expoliuit, ut scribit Seruius. Ideoque summa cum diligentia legendum est hoc opus a studiosis adolescentibus. Quod ut melius intelligant, statuimus eos pro viribus adiuuare his commentariis tam lucide scriptis, ut ab omnibus facile possint comprehendere.

Tria genera dicendi,

ARGVMENTVM PRIMILIBRI

Quid faciat letas segetes, quo sidere seruet
Agricola, ut faciem terram proscindat aratris
Semina quo iacienda modo, cultusque locorum
Edocuit messes magno cum fenore reddi.

*Esse Ioannes Jacobi sum possessor
Huius libri holsleriensis.*